Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IN dño confido quo dicitis a
nime mee· transmigra in mõ
tem sicut passer· Ecce peccatores intenderunt arcum paraverunt
sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde
Quoniam que perfecisti destruxerunt
justus autem quid fecit· Dñs in
templo sancto suo dñs in celo
sedes eius· Oculi eius in pauperem
respiciunt· palpebre eius interro
gant filios hoim· Dñs interro
gat justum et impium· qui autem diligit iniquitatem odit aiam suam·
Pluit super peccatores laqueos ignis et sulphur et spus procellarum
pars calicis eorum· Quoniam justus dominus et justitias dilexit· equitatem
vidit vultus eius· Gloria patri
Domine deus meus in te speravi· ps
Salvum me fac dñe quoniam defe
cit sanctus· quoniam diminute sunt veritates a filiis hoim· Vana
locuti sunt unusquisque ad proximum suum· labia dolosa in corde et
corde locuti sunt· Disperdat dñs
omnia labia dolosa et linguam
magniloquam· Qui dixerunt lingua
nostra magnificabimus labia
nostra a nobis sunt· quis nr dñs est·
Propter miseriam inopum et gemitum pauperum· nunc exurgam dicit
dñs· Ponam in salutari suo· fi
dentialiter agam in eo· Eloqia
dñi eloquia casta· argentum igne examinatum· probatum terre
purgatum septuplum· Tu dñe
servabis nos et custodies nos
a generatione hac in eternum·
In circuitu impii ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hoim·
Usque quo dñe oblivi ps mei
faciem meam usque quo
avertis faciem tuam a me· Quam
diu ponam consilia in anima mea
dolorem in corde meo per diem·
Usque quo exaltabitur inimicus
meus super me· respice et exaudi
me dñe deus meus· Illumina oculos
meos ne unquam obdormiam in
morte· ne quando dicat inimicus
meus prevalui adversus eum· Qui
tribulant me exultabunt si motus
fuero· ego autem in misericordia tua speravi· Exultavit cor meum in salutari tuo· cantabo dño qui bona
tribuit mihi et psallam nomini
Dixit ps dñs in corde suo· non
est deus· Corrupti sunt et abo
minabiles facti sunt in studiis
suis· non est qui faciat bonum